


Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus Francoforti, 1614

XXXIX. Francisci Modiiliber singularis, in quo cuiusq[ue] Ordinis Ecclesiastici origo, progressus & vestitus ratio breuiter delineatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64659



UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

DE PONTIFI

CIBVS ROMANIS, EO-

RVMQVE CONSTITY-

TIONIBVS.

E omnium Ordinum Romanæ Ecclesiæ subiectorum hominibus sacris initiatis dicturi, quam breuissime res tam late patens, tamque altis antiquitatis, actot retro faculorum

росп aque:

ini,qu Ergò a

Ale

mex,8

miln

Tel

Ze

Vrb

Fal

ptoui

hoceft abditis eruenda patietur, à quo potius initium faciamus, quam ab iplo capite totius eiuldem Romanæ Ecclesiæ, quem Papam, seu alio nomine Pontificem Maximum dicimus. Igitur hic, fiue Pontifex esteorum exemplo appellatus, apud quos vetustissimis quoque temporibus qualium cum que tum facrorum fummum iuserat, Vide Varro, quosque Scanola I.C. à posse & facere, Varro verò à ponlib. 4. de lin- tis sublicii cura sic nominatos censer, seu Papapotius, quod gua Latina. Latinis sonat pater: sic enim abipso B. Ignatio III. post B. Petru Antiochiæ Episcopo diserte Epist. 1. & quide hisverbis indagatur: Προς Μακίαν πκει σε επ κους σε απ Ρομι του το μανακίω Πάπα Ανακνήτω, hic, inquam, Romana Ecclesia Princeps, originem dignitatis & prarogatiux lux adiplum D. Petrum conditorem eius referens, absolutam-

> centesimus trigesimus (vramplius triginta octo Pseudopontifices mittam, perschisma, autfactionemcreatos, ideoque in legitimorum numerum non relatos) ex ordine præest, & ad venerationem sui, & ad religionis propagation nem, conseruationemque sanxit, edixitque nonnullis

> que in vniuerfum clerum habens potestatem, multalam inde à principio ad nostra vsque hæctempora, quibusdu-



ECCLESIASTICL IGII camritibus, carimoniisque moribus atque viu ipio innoductis, quibus res Ecclefialtica hodieque durat. de quiwirdillinete paucis disseramus; priori loco de institutis Morum Pontificum, inde de is agenius, qua ad eoidem moque pertinentiam, non tam legi, quam observations, quevluidebentur, longæq; atque inueteratæconfuetum,quæin multis pro lege,imò ante legem adeo est ipiam, byoad ista quod attinet, Alexander V. feu, vt volunt alii, VI. à Beato Petro Pon- Anno Christi. la, & aquæ lustralis consecrationem, & caquæ cum vino munonem Eucharistia, , ttemque ne communi in poste-Ecclefix um & fermentato pane Eucharistia celebraretur, Tras dictuunimp. temporibus primus sanxille tertur. is, tam-Telesphorus ab Alexandro, quem diximus, secundus, 127. ulorum meet, octauus, aut certe nonus ex ordine Papa, quaius iniingelimalis ieiunii, quod sub Pascha præcipitur obserua-Romatiticem eorum Pius, primus hoc nomine, succellor Telesphori, aut, 142. e temwalli, Hygini, ve Pascha die Solis sine Dominico celebraus erat, à pon-Anicerus & iple Pii I. successor tonsuram Ecclesiastico-1530 s,quod postB. Lephyrinus fiue Scuerinus Papa XIV. vel vr alii XVI. his ver-198. l'vitreo calice Cona Domini administraretur. ти Ромя omanæ Vibanus XVIII. Pont. vt censent Pontificiarum vitarum 223ma lux imptores plerique, at huius nominis primus, ieiunium olutamquatuor temporum. altaiam Antherus XX.in numero, vt vitæ martyrum per Nota-236. bus dulios conferiberentur. Pleudo-Fabianus Antheri fuccessor excommunicationem in 237. creatos, cos, qui Eccle nasticos iniuria affecillent. ordine Dionysius I. Pontifex vigesimus sextus, definitiones agatio-260. nnulls prouinciarum, diæcesium & parochiarum. etiam

0-

The same of the sa	The second second		-
William The Telephone	Anne Christi.	1612 ORDINES	18
			Pani
	271.	Felix, qui Dionysium in Pontificatu secutus est, dies fe-	Bon
	270	ftos, & folennes ritus templa dicandi.	Boni
	310.	Eusebius XXXII. Pontifex festum inventionis S. Crucis.	Tanthe
	311.	Melchiades, eius successor, die Dominico non esse icin-	ecrauit
	2	nandum.	no or
	314.	Syluester, Melchiadi item suffectus, extremam vnctio-	togen
		nem, & vt chrisma à solis Episcopis consecretur.	Indenti
	336.	Marcus XXXV, vt symbolum sub Euangelii recitatio-	Boni
		nem canatur.	ielias a
	366.	Damafus XXXVIII. vel vt alii XXXIX. vt Pfalmi choris	Euge
1. 建加坡制制设置温泉域。是		alternantibus canerentur, & ad cuiusque Psalmisinemac-	tenvol
		cineretur Gloria Patri,&c.	Leo Leo
	384.	Syricius successor Damasi, vt, qui viduam in matrimo-	iperm
		nio habuisser, ad sacerdotium non admitteretur.	Serg
	398.	Anastasius I. Syricio suffectus, vt ad recitationem Euangelii ab omnibus assurgeretur.	Dei.
	401	Innocentius XLII.inter Pontifices, sed hoc nomine pri-	Zac
1. 化图片化化图片 原體的語言	401.	mus, diei sabbathi iciunium, & vt pax ante communionem	lunos
		daretur.	Had
18 19 14 14 14 14 14 14 14 14 14 14 14 14 14	416.	Zozimus eius successor, cereorum pride paschæ conse-	Pontifi
		crationem.	Inne
	423.	Carlestinus primus, alter ab Zozimo, Offertoni cari-	Inn
		monias.	pileos
	440.	Leo I. Pontifex XLVII. vt Letania canerentur, Alleluia	tum fa
		autem & Gloria in excelsis Deo, toto Quadragesimalitem- pore subticeretur.	V.rb
		Gelasius LI. vt Biblia in Canonicos libros, & Apocry-	institu
	492.	phos dividerentur.	Bor
	530.	Bonifacius II. Pont. LVII. ne Episcopi successores sibi	Bor nulli er
		nominarent	untit Ci
一致和 连续就能够到3000	1 690.	Gregorius I. Pont. LX VI. Missa introitum, &, vt Kyrle	
		cleelon noutes caneretur intra Quadragelimam.	
		California Committee of horatin Delinas, to	A
		tias, & nonas tribuerentur. lub eoq; campanas in hu	hic con
一块块有以下的基础的是的		cœpisse quidam volunt.	
一 			
THE PERSON NAMED IN STREET			

ECCLESIASTICI. T613 Anno Christi. Bonifacius III. vt Ecclefia Romana pro capite, & princiesfeomnium Ecclefiarum haberetur. Bonifacius IV. immediatus Bonifacii III. fuccessor, Cruuntheum ab Agrippa olim dedicatum diis omnibus, conmuit B. Mariæ, & omnibus fanctis; pallim tum multis iciumo orbeauttempla noua ædificantibus, aut veteribus, ogentilium nominibus numinum, fanctorum nomina ctio-Bonifacius V. alter ex ordine à Bonifacio I V. Pont. Ec-617. tatiothas afyla effe iuffit. Eugenius I. Pontifex L X X V I I. Carceres ab Episcopis 654. horis mvolun, in quibus Clericos ipsi punirent. Moniales que macagranicanfa monasterio suo exire veruit. 682: leo II. Pont. LXXXII. Baptismum quotidie administraimo-Sergius I. Pont. XXCVI in Millater cani juffit, Agnus 687. uan-Zacharias Pont. XCIII. vetuit vendi infidelibus Chri-741. eprinem Hadrianus II. Pontif. CIX. Imperatoris suffragium ad 867. buificis electionem nullo modo necessarium censuit. mie-Innocentius II. Pont. CLXXI. excommunicauit, sacris-1130. unterdixit iis, qui sacerdotem verberassent: cari-Innocentius IV. Pont. CXXCVII. Cardinalibus rubros 1243: Meos gestandos dedit, Monachorumque multas orientes um familias variis donauit immunitatibus: Vibinus IV. Pont. CXXCIX. festum Corporis Christi 1261. Bonifacius VIII. Pont. CC. Iubilæum instituit. 1294 Bonifacius IX. Pont. CCX. vel vt alii CC Laiunt, non- 1389. mulicriam CCV. Annates induxit. De aliis circa Pont, moribus introductis eiusdema, Electione. Atque hæc quidem ex multis pauca sunt, quæ breuiter he commemoranda putanimus, de Pontificum constitu-

eluia

em-

cry-

yrie

ter-

elle

koma

nen b

uptiza

tosvel

onfilio

udefor

er rem

tiffe at

dia effe

(00 m)

im Bo

omni Cardin:

ontent

theis el

accepta

tionibus; namalia pleraque his confimilia, moribus, vt dixis mus, introducta funt, & ad ipfos Pontifices in primis pertinentia maxime illud; quod statim à principio dignitatis fux, & ante ipfam inaugurationem adeo, nomen plerique mutare confueuerunt, quæ res à Sergio II. initium habuit, qui cum prius Os porci diceretur, ad nominis eius obscanitatem tollendam, aliud sibi honestius optare iusius est manente indelicentia nominis pristini deponendi, atque alittd quodetinque libitum eligendi, etiam in posteros. ilmile eft, quod humeris hominum fublimis Pontifex geftirisolet, nam & hoc inde ortum videtur, quod cum Stephanum II. ob egregias virtutes fibi eximie carum populus recenter in Pontificem electum exultabundus in humeros fuos sublatum in ædem Seruatoris ad Lateranum deportaffer, fuccessores quoque eius eundem sibi honorem habere æquum existimarint.ptatereo ciens,& pedumvenerabundam ofculationem, & infinita alia, quæ quòd à vulgari notaque cauil i lummæ reuerentie teltandæ nata, ad nos perdurarunt, peculiaribusque adeò libris tractatu accuratiore excutiuntur, summa rerum faltigia sequentisilentiotranlmittenda potius, quam parum plene examinanda duxi, transiturus iam nunc ad alia, nis verbo etiam prius de iure eligendi Pontificem admonendum Lectorem existimarem : quod quidem ad Constantinum Magnum víque penes Collegium facerdotum Romanorum fuit, veniens inde ex parte in populi quoque Romani potestatem, sed sie vr Imperatori probata demum ab vtrisque facta electio rata esset, hocq; duravitad annum 685, quo tempore potestas integra hæcfacerdotibus, populog, Romano remissa est è Constantino IX. Imp. quod tamennon diu obtinuerint, more confirmandi Pontificem, moxab Orientalibus Imperatoribus, ad Occidentales, Carolum Magnum, & posteros eius translato : donec postremo anno 1054. Nicolaus II. ad Cardinales suos Pontificum electionem traxit. quod hodieque durat. namlicertum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ECCLESIASTICI.

noque electio talis, tam à sacerdotibus, qu'am à populo lomanocomprobanda effer, possentq; creari Pontifices mamilli, qui Cardinalitii non essent Collegii, viruinq; tamenbreuipost tempore antiquatum est.

De Cardinalibus, coruma, origine.

vt dixi-

s perti-

gnitatis

lerique nabuit,

oblem-Tus eft:

atque os. li-

gefta-

tepha-

us re-

meros

lepor-

m ha-

vene-

à vul-

ta, ad

tu ac-

nti ii-

main

ecto-

Ma-

orum

11 po-

ilque

quo

Ro-

non

ox ab

olum

cum

tum ogue

Cardinales coeperunt (Francisco Zabarello & Martino Mercienti historico auctoribus) anno 231. sedente neoquo Pontiano, cuius temporibus iidem aiunt Roma cerdotes Cardinales fuiffe CCXXXVI. Certé anno 267. licellus p. m. qui ritulos presbyteris divisit, constituille gur Cardinales XV. qui mortuos sepelirent, & infantes puzarent. Hæcque vera est, consentientibus etiam Binothecario, Damafo, & Platina, origo Cardinalium, lic mellatorum, ve ventos Cardinales dicimus: quod nempe metlacerdotes eximii, eorumque primarii essent. licet Caomltrin c.facrofancta ad finem 21. distinction. itemque acvospericulum. §. hoc facr. de elect. lib. VI. à cardine dinosvelint, quia vt cardine oftium, ita Eccle sia bono eorum xami- wollioregatur:prætereo alios, qui etiam his alieniora for-Melomniant, scapos Cardinales, trabes Cardinales, tignameaded Cardinalia ex Vitrunio crepantes, quæ ego prætrem elle certo perfualium habens, eò renertor, vt, quod tum est statuens, nihil aliud primò Cardinalem diu me alleram, nisi cui ante alios cura animatum manmaeslet: attestante hoc mihi præsertim Gregorio Mamultis locis libri primi Epistolarum suarum. sed m Bonifacius III. ab Imperatore Phoca impetrasset, vt omnes Episcopos prærogatiuam haberet : cæperunt latdinales quoque paulatim in eandem amplitudinem tatescere, cuius hodieque sunt : obtento post varias ontentiones Imperatorum, & populi Romani de Ponmiselectione, eius per se creandi primumiure, & inde acepta anno ferè MCCXLIV. ab Innocentio IV.

1616

potestate equo, ac galero rubro vtendi, in illud argumentum, oportere eos pro religionis defensione sanguinem suum effundere, si ita res postulet, debere semperesseparatos, addidir deinde Paulus II. vestem quoque coccincam. Cæpirque Ordo eorum in tria genera lie dividi, vr ali Episcopi fint Cardinales, & ii quidem numero sex, Ostiensis, Sabinienfis, Portuenfis, Tufculanus, Praneftinus, & Albanenfis:alii Prefbyteri, alii rurlus Diaconi; neutrorum tamen certo definito numero.

De Episcopis, corumá, origine & officio.

Vide L. vlt.

Epilcopus Gracavoxest, idem ferè apud illos sonans, D. de mune, quod apud nos Speculator, proprieque ve Martianus scri-& de honor. bit, ii dicuntur Episcopi, qui præsunt pani, ac cæteris rebus Itemá, epi- venalibus, qua populis ciuitatum ob quotidianum victum folam VII. Vettations, que populas etateatant de que popular de la lib. X. Cice- necessaria funt. Vnde Pontificibus id nomen inditumpar von.ad Atti. est credere, quia quemadmodum illi quæ ad vitam humanam sustentandam pertinét, procurare debent, ita horum vigilando, docendo, benè agendo, animarum saluti consulere interest, id quod vel Clementis I. Pontificis declarat præscriptum, qui fertur decreuisse, vt Episcopalis Cathedra in eminentiore templi loco collocaretur, ficut hodieq; seruatur, vnde Episcopus vndique speculari poslet. Caterum olim Episcopi vocabantur Presbyteri, teste nonvoo in loco D. Hieronymo, & præsertim in epistola ad Euagrium, vbi dicit qua de caula Episcopi primum elle caperint, ita scribens: Quod autem postea vnus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne vnulquilque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet: nam & Alexandria à Marco víque ad Dionysium, Prelbyteri semper vnum ex se electum Episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem faciar, aut Diaconieligant de se, quem industrium nouerint, & Archidiacona vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione Epifcopus, quod Presbyter non faciat, &c. ex quibus verbis etiam il-Ind discimus, creandi Episcopumius etiam penes sacerdo-

ECCLESIASTICI. solim fuiffe, quod adeò verum est, vt foli primum diu, ingumenguinem decommunicata hac cum plebe potestate, quem vellent ellepatolcopum libi Presbyteri, & Diaconi optarent: qui mox à cincam. ceeris prouinciæ eiusdem Episcopis, ex præscripto Niceni ralii E-Concilii initiabatur. Quorum vtrumque nuncin Pontififtienlis, comanu est, post multam & variam alternationem in hac & Albaadilceptationesque non paruas, qui & creat Epilcopos, rum ta-Monlecrat, vellecundum præceptum Niceni conuentus muaricurat. Nili quòd etiam hodie hic Reges, & populi munulli hocius Pontifici integrum & illibatum manere non finunt: fonans, De Patriarchis. is rebus

Patriarchæ primis temporibus per aliquot 400. annos decebantur iidem, qui & Metro politæ, & Archiepiscopi, & vide concilia Primates, à primitiua Ecclesia protossaminum loco institu-Constant, u, teste Platina. hodie verò Patriarchatus honos peculiaris nopol. z. can: est, datumque à Clemente I. Patriarchis pallii ius, statu-36. És lustic miani nouel-tumque ve Crux ipsis præferretur: quibus nunc insignibus lam 123. to aliis Episcopis differunt.

Deordine Monastico, variis ja în eo familiis.

Monachorum vtriusque sexus institutis originem serè Anno christice dedere cum magni illi viri, Paulus, Antonius, Hilarius, 254.
Hieronymus, Augustinus, cum plerisque aliis, tum primana semina, Marcella, Sophronia, & Paula, nisi quòd monialium origo etiam paulò altius, quàm ab his repetenda exeo videtur, quòd cùm has vixisse, & velum sum sisse constantino II. Constante, & Constantio, sub annum serè 350 decreto Soteri Pontificis, qui secundo loco Pii successor fuit, respante Antonino, anno 170 serè cautum legimus, ne monacha vllam pallam, vi vocant, attrectaret, neue thus in acteram poneret, dum sacra peragerentur: vnde apparet, iam ab ipsorum Apostolorum propè temporibus monialium instituta cœpisse, ideoque monachorum quouis gekkkkk

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

victum

tum par

huma-

horum

coniuleclarat

Cathe-

Cate-

onvno

ad Eua-

cape-

est,qui

im eit,

peret:

relby-

abant:

conie-

iaconu

сориз,

jam il-

cerdo-

nere antiquiora, quos ortos Paulo, Antonio, & reliquis, quos suprà memoranimus, constat. qui viri san ctitate pollentes, veluti noux religionis planta in Ægypti, Syriaque quamuis sterili solo feliciter increuere, nullo tamen adhuc certo viuendi ritu. Nam id temporis huius vitæ genus implex, ac liberum erat, vt iftis carimoniis minime obstricti, quas hodie monachi obseruant. Vestitum decentem pro iure suo quisque sumebat:itemque nullum votorum vinculum, ita vt integrum vnicuique foret, manere, aut prolicisci quo terrarum vellet: vel si quem eiusmodisuinstimi pænituillet, etiam potestas estet ad pristinam redeundi vitam, non absque tamen inconstantia nota. Petebant autem loca vt plurimum deferta, hoc est, eremum, vnde Eremitæ dicti, quali eremum colentes, quos Græci Anachoretas vocant: & quia soli vinebant, ideo nostri Monachos nuncuparunt, id est, solitarios, atq; hi à principio precibus, ieiuniis, vigiliis, literarum que studiis dediti, proculabomni hominum cœtu, tantum duriter victitando, acle manibus exercendo, exemplum benè viuendi omnibus edebant. Ilbri tamen, vt diximus, & sui arbitrii, donec primus Basilius Calarea Cappadocum Antistes, circiterannum salutis humanæ 383. obligauit Monachos, vt post annum, quam quis in Collegium venisser, si in co vitæ instituto vellet permanere, voueret, le caste victurum, nihil possellurum, acdicto prætectorum fore audientem, quole in perpetuum propria omni abdicarent voluntate. post quod tempus & Benedictus (quem Patrem Monachorum vocant, quod primus in Occidente dispersos Anachoretas collegent) multa insuper iisdem observanda addidit, in vestitus genere, precandi ratione, & abstinentiæ norma, caussamque dedit, vi paulatim in plures familias dinisi, certa & peculiari quique regula viuere inciperent, alii aliis & auctoribus.&

temporibus exorti, perindevtiam nunc, quamluccinctissime, & verissime poterit, ordine Alphabetario à nobis dicetur.

Ambro

Mag

nee

hiai

not

ECCLESIASTICI. 1619

Ambrofiani.

reliquis itate pol-

yrizque

en adhuc

nus lim-

bstrictu,

tem pro

rum vinut proh-

eundi vi-

bant au-

nde Ere-

achore-

onachos

recibus,

ab omni

manibus

pant. II-

utis hu-

um quis

perma-

, acdi-

petuum

npus &

, quod legerit)

s gene-

que de-

eculiari

ibus,&

inc-

moro

Ambrofiani ab ipfo D. Ambrofio Mediolani fe instituhosprædicant sub Siricio Pont. anno ferè 28 1. alii tamen reiciunt eos in annum 490. ad Gelasium L. Pont:vruntur pullo vestitu. Est & alter eorum Ordo albatus, qui candidis unicis rubeam chlamydem superinduit.

Antoniani.

Antoniani Eremitæ ab ipso quoque S. Antonio sesse iinstituti viiginem habere dicunt, quem obiisse constat circiter anmm 361. cum vixisset ad sextum supra centesimum annum, pane, fale, & aqua vitam tolerans. quod imitantes, fed lamad paucos redacti discipuli ab eo nomen habentes, instauratisunt anno ferè 1220. Sunt item & alii Antoniani à ancto Antonio Viennenli constituti, quibus pro tessera eltporcellus.

Augustiniani.

Augustiniani tam Eremitæ, quam regulares Canonici, dipliquoque strenue Augustinum caput, & auctorem Ordinis sui afferunt: confirmantes hi (nam de illis mox dicemus) se in Hipponensi ciuitate, vbi Episcopum agebat, à Magistro Augustino institutos, anno Christi 194. à quo enamin vestein acceperint tunicam candidam, cum lintex toga, sub nigro pallio, & regumentum à scapulis impositum teruicem totumque contegens caput, præterquam à fronte à quo tamen habitu, ne Eremitæ quidem Augustiniani valdè diuersi abeunt, nigra tunica vtentes, & concolor regmen à scapulis ad caput inducentes, subterque candidam tuniculam scortea cingentes zona, bubulo cornu fibulata: licethos ex quaruor mendicantium families ætate primos, plerique non ab Augustino, sed ritu & legibus eius à Redonequodam Montigranelli Comite ad Fefulas initium cepille velint, Gregorio XII. probante. Sunt & alii Augustifiani Ordinis dinersis nominibus vocati, de quibus alio à nobis loco memorabitur.

kkkkk 2

ORDINES

Basiliani.

Basilii Ordo cœpit, vt, & quemadmodum iam supraretulimus in Oriente, circiter annum trecentesimum octogesimum tertium.

Benedictini.

Benedictiniauctorem fuum laudant Benedictum, qui anno ferè 526. dispersos monachos congreganit Calini, tribusque à Basilio excogitatis votis castitatis, pauperratis, & obedientiæ adstrinxit, addito fingulari vestitus genere, modo orandi, ac abstinentiæ norma, sanciensque vtvestirentur colore nigro, tunica laxiore, & ad pedes demilla, amictu capitis, quem cucullum vocant, in humeros, & leapulas rejecto breuius, quam cæteris : lubter autem candidam laneam tuniculam, & cilicium gestarent, ocreati genuum tenus, præterea tonderi iuslit nouacula à vertice infra dimidium caluæ, capillo infernè reciso in parui circuli speciem circa aures & tempora totum ambiente caput, instar coronæ, vnde & ipse vertex derasus corona nuncupatur. atque hi funt he primo ab auctore suo instituti, qui mox mutata, addita aut detracta aliqua re investitu, aut viuendi legibus, in varias abiere familias, nomine Cluniacenfium, Camadulenfium, Vallisumbrenfium, Montoliuetentium, Grandimontenfium, Cystersiensium, Syluestrenfium, seu Humiliatorum, Cælestinorum, monachorum D. Iustinæ, Eremitanorum D. Hieronymi, per Mattinum V. Pont. in familiam D. Benedicti adleitorum. dequibus fingulis suo demceps loco dicetur, nunc redeo adeos, qui Benedictinorum quoque retinentes nomen, vt alii volunt ad D. etiam Benedicti, vt alii ad D. Hieronymi, vt nonnulli ad D. Augustini gregem pertinent: exorti primumin Italia, auctore nescio quo Petro, anno 1408. sub Alexandro V. Pontifice, qui vestitu Benedictinorum in totum penè vtentes, hocipso stirpem se Benedicti potius, quam vel D. Augustini, vel D. Hieronymi, esle attestantur.

Bernar-

: Kai

andro

ibitat

ut, de

queule

Bernardini.

Bernardini, fiue Bernarditæ, dicti funt ab auctore famiriaz Bernardo, Burgundo, qui huius sui Ordinis sodali- elm, Abbate mecentum fexaginta constituisse fertur Gelasio II. Pont. vita S. Bern. melt, anno 1100. vel vt scribunt alii Calixti II. tempori- scriptorem. sidest, anno 1120 mihil different à Cistersientibus, nist

munigro. Bogardorum.

iprare-

nocto-

n, qui

Callini,

citatis,

enere,

t velti-

illa, a-& lea-

candi-

an ge-

ice in-

circuli

ut, inсира-

, qui

nut vi-

acen-

oliue-

Sylue-

acho-

Marti-

equi-

deos,

ii vo-

non-

imin

indro

penè el De

nar-

logardorum Albatorum seu Alborum Spirituum Ordo macio IX. Pont, institutus fertur, idest, anno ferè 1389. mqalii etiam Bogardi atricolores, led de quorum origi-Wanctore inter feriptores non latis confeet.

Bonorum virorum.

Bonorum virorum Ordo auctorem habet Richardum amtem Cornunalia, in Anglia stirpe regia ortum, Aleintro IV. Pontifice, & anno 1257.

Brigidani.

Engidæ Ordo à Brigida vidua Suetiæ Principe ortus, upitlub Vrbano V. Pont. instituto, vt Conobium vtrileinitiatorum sexui commune foret, murorum tamen, adpectus separatione sie dinisum, ve virgines superiora bitarent, monachi verò inferiora. templum item pari odo commune, omnibus autem Abbatissa preesset, quod mutum non ipfius inuentionis fuit, led primum auctobahlioin Gracia exortum, mox antiquatum est, quia ioniales intalibus monasteriis suspicionibus obnoxiæ e-Midonec ab hac, vt diximus, Brigida, cum religionis cau-Vrbem, & facra Petri & Pauli limina adisset, instaurarum huius autem Ordinis alii cineraceo vestitu, cui supra entriculum est estigies arræ crucis, amiciuntur, alii (in pluschim cohorres, quæ diuerfis inter se tesseris dignoleundistributifunt) fuliginei incedunt, rubra cruce, quam arculus complecticur, infigniti.

kkkkk

ORDINES

Calestini.

funda

lub Al

Virgil

tio II.

pilcop

guod nomi

quod

XXI

impe

dican

C

que

mun

Pont

aliia

dieb

ab E

Ben

nan

alii

Anno Christi 1294.

\$6. 14. c. 15.

Calestinorum religio copit auctore Calestino V. Pont. qui & ante, & post Pontificium, quod sponte relignanit, Anachoretatuit, à Clemente V. anno postea 1305 in diuorum numerum relatus : vtuntur cærulei coloris vestibus, in reliquis Benedictinorum regulam seruantes.

Camalduenses.

Camalduenfes orti auctore Romoaldo Rauennate in lugis Apennini. nomen acceperunt, vt Polydoro Virgilio placet, à Madulo quodam Apenninicola, qui locum eis cessit: quod tamen si verum est, potius videbitur, vt Camadu enfes dicantur, quo pacto etiam alios eos appellarevideo. hi vestitu albo antea inusitato vtuntur, coperuntque vt vult idem Polydorus cum aliis multis, anno 1416. vt quidam 1017.vt Sabellicus 1030.vt Aneas Syluius, anno 1018. tub Damaio II. Pont.

Canonici.

Canonicorum Regularium multa funt & diuersagenera, de quibus que eti un exparte diximus, cum de Augusti-Vide Volat. mianis ageremus: hic reliquos profecuturi, quorum primi forme fuerunt, qui Hierosolymis à quodam Arnolpho instituti sunt sub annum 1056. eosque sequentur ili, quosin oppido Bellouacensi à S. Iuone principium accepisse legimus circa annum, nisi fallunt fasti 1080. tertislunt, quivigesimo ferè post anno in Gallia, Germania, Italia à S. Ruso originem habent. ab his illi numerantur, quos in Italia prope Lucam constituisse dicitur Iacobus Bergomensis anno 1407. funt & alii, sed cum certis & peculiaribus quoque nominibus distinguantur, idoneore loco commemorandi.

Carmelite.

Carmelitæ dicti à Carmelo Syriæ monte, in quo oru funt : hi & D. Virginis Monachi vocantur, quòd in codem monte

ECCLESIASTICI. monte Deiparæ fanum fuerit, vbi prima illorum Conobii fundamenta iecit Almericus Antiochenus Episcopus, qui primus dispersos in hoc monte Anachoretas congregatiit, ab Alexandro III. hocest, vt recte ratiocinatur Polydorus Vigilius (malè enim alii annum 1216. ponunt) 1170. quorumtamen quadragesimo fermè post anno sub Innocenwill leges viuendi mutarit Albertus Hierosolymicanus Epicopus, dato illis pallio versicolore, exalbo, & canusino, quod successor Innocentii III. Honorius & ipse III. eius nominis Pont. eis ademit, albo ex toto pro eo attributo, quod minus recte quidam Innocentio IV. adscribunt. Ao- Anno 1305. mique hic Ordo maxime Clementis V. & inde Ioannis non vi mal XXIII.velvt alii X X I Pontificum temporibus, qui illum alii 1286, impense fouerunt, est autem & hic vnus ex quatuor mendicantibus. Carthusiani. Carthuliani copere anno 1080. fiue vtalii censent (ne- sub Gregor.

Carthusiani cœpere anno 1080. siue vt alii censent (ne- sub Greg queenim illos audiendos puto, qui sub Lucio III. Pont. de- VII. Pont. mum, hocest, anno 1186 ortos volunt) 1086. Victore III. Pontifice dicti à loco, in quo ab Hugone Gratianopolitanorum Episcopo, auctore Brunone quodam ex Agrippina Viorum Colonia, instituti sunt. vtuntur autem alii atris, alii albis palliis, cilicio interius amicti, carnibus nunquam vescuntur, in cubiculis suis soli edentes, sestis quibaldani diebus exceptis. silentium q; penè perpetuum seruant. lai-cieorum ad cæterorum discrimen barbam nutriunt.

Cassiniani.

Cassinensium Ordo, siue S. Iustinæ Parauinæ, ab Ludonico Barbone nobili Veneto institutus, auctus est postea ab Eugenio IV. Pont. Veneto item: hicque adeò præcisè S. Benedicti instituta observare se ait.

S. Catharine.

S. Catharinæ Monialium Ordo institutus per Catharinam Senensem Martyrem sub annum 1372. vel vt volunt alli, 1455. Nicolao V. Pont. hævestem interiorem albam

kkkkk 4

ont.

nauit,

dino-

ibus,

ite in

rgilio

im cis

ama-

ITC VI

itque

t qui-

1018.

cne-

ulti-

rimi

0 m-

legi-

ui vi-

Rufo

pro-

nno

quo-

mo-

DIO C

dem

onte

ran. Sigisb.

Vide Volat.

bellic.

ORDINES

gerunt, eique velum atri coloris superinduunt, cum capitis tegumento concolore.

Cellarii.

Cellarii ita vocati à cellulis, in quibus ægris operam dant, & dictialioqui Visitationis, seu charitatis, sue ciam Misericordia fratres, vel sodales; valetudine affectos quòd vilere, mortuosque efferre soleant: interiùs linteam yestem atri coloris, exteriùs fuligineam gestant. hos originem tuam ad Apostolica ferè tempora referentes, sed sapè prope ad nihilum redactos, alii fubinde, atque alii instanrarunt.

Cistersienses.

Cistersienses sie dictià loco in quo primum institutisunt in Burgundia, siue à Roberto Molismensi, siue ab Ardino Anglo, seu denique, quod magis crediderim, ab viroque, Vide Sabelli- corperunt sub Vrbano II. Pontific, anno 1098, vel 1090. atri coloris tunicis superinduunt chlamydem albam, &rubeos gestant calceos, pastorali pedo insignes.

S. Clara.

Clara Virginis Ordo coepit eodem quo Franciscani tempore, hocest, anno 1197. vel vt alii tradunt 1220. sucetiam 4.21.8 Savt quidam 1225, quo tempore ea & ipía quoque Allilias, vt Franciscanorum, seu Minoritarum auctor Franciscus, à quo fibi, suisque viuendi leges accepit, cœnobium velatarum virginum instituit, quas pauperes appellari voluit.

Clamperi.

Clauigerorum seu S. Petri Ordo binas claues gestat intextas cucullioni atro, reliquo eriam vestitu concolor. incertum quando & à quo institutus, nil de eo, quod sciam, Sigilberto, Volaterrano, Sabellico, Polydoro Virgilio, aliis memoriarum, historiarumque auctoribus tradentibus.

Cluma-

Pont

tum i

Dux.

do &:

nes, q

ærul

habitu

mus,c umr

0

Ponti

institu

vbi Ci

rem it

nibus

telcere

alirei

Ponti

rentur

cemq

mo.te

dem e

mo,cu

Clumacenses.

apitis

eram

etiam

quòd stem

fæpè

Itau-

funt

dino

que,

90.

ru-

m-

am

, VE

, 2

ela-

Cluniacenses cæperunt anno 916. Ioanne vndecimo Pont.ab Odone, vel, vt alii, Odilo quodam Abbate instituta papud Maticocensem Burgundiæ pagum, vbi etiamiis um magnificum extruxit Monasterium Gulielmus Pius Aquitanæ, siue vt ego potius crediderim, Burgundiæ Dux.

Constantinopolitani.

Constantinopolitanorum Ordo incertum mihi quando & à quo potissimum cœptus, vtitur veste viridi, & rubra dlamyde, gestarque in pectore duarum crucium imagines, quarum vna alteri implicita est, quas que slaui alii, alii œrulei coloris prædicant. eadem quoq; incertitudine de habitu obtinente, in quo sunt, qui, contra quam supra diximus, chlamydem hanc samiliam viridem, interiorem vestium rubricolorem habuisse asserant.

Crucigeri.

Crucigeri, ve ipfi volunt, à Cleto, qui tertius Romæ Pontifextuit, vt alii, à Syriaco Hierofolymitano Antistite mhituri, qui Helenæ Constantini matri locum ostendit, th Crux Dominica occultaretur, in huius Crucis honotem infli funt ab codem auctore suo Syriaco Crucem ma-Mbus lemper gestare. cæperuntque in Italia quoque innotekere, auctore Volaterrano, sub annum 1197. quod tamen direiciunt ad tempora Innocentii III. Pont. hocest, 1215. his, cumiam prope extincti essent, instauratis rursus Pius II. Pontif. Eneas Syluius priùs dictus, dedit, vt cœruleo vtetentur amictu, cum indifereti ante coloris vsi fuissent, crutemque à qua nomen haberent, ex veteri suo instituto mamo ferre iuffit, quam tamen crucé etiam pallio intextá eofdem eiusdem Pii II. mandaro gestitasse, qui scribant, inuenio, cum alii hoc genus ab illo diuerium faciant, qua dere, cumincerta fit, nihil temerè statuendum iudico.

kkkkk s

ORDINES

Dominicani.

lini:

coru

Nin

tario

lare

cmi

F

dict

III.

fun

nibi

Dominicani auctorem habent S. Dominicum Calaguzitanum, qui Pont, Innocentio III. vel, vt alii, successore eurs Honorio III. hunc Ordinem instituit, iubens, vt per totum terrarum orbem Euangelium diuulgarent, concionibusqi habendis operam darent: à qua re etiam eos Prædicatores appellauit. v tuntur tunica candida, nigro pallio superiesto, & ab humeris ad caput scapulari tegmine. Horum suo tempore ea incrementa, & fertilitatem fuisse scribit Sabellicus, vt monasteria corum existerent ad millia quattuor, centum & quadraginta tria, in quibus circiter octuaginta millia kuius familiæ Monachorum tum viuerent, non connumeratis, qui in Armenia, & India aberant. nam Pontifices, Cardinales, Episcopos, Abbates, qui ex hoc seminatio prodierunt, quid dicam? cum tantus eorum sit numerus, vt veritus, ne cui in suspicionem veniam, tanquam parum certa fide hacperscribam, malim lectorem remitteread Gilberti Genebrardi Chronicon, quod in omnium voique oculis manibusque versatur. cò reuertens, ingentem illam, quam dixi 80000. multitudinem vniuersam quidem S. Dominici propaginem fuisse, sed quæ tamen in duo genera divideretur, quorum se alterum Couentualium, alterum observantium nomine appellaret. hocsoliscapis,rapis, omnique olerum genere, & ouis, lacte, ac raphanis viétitante, illo etiam communes aliis cibos non aspernante

Ensiferi.

Ensiferorum seu spadatorum Ordo gerit binosenses sanguineos intertextos vesti candidæ, quo argumento, aut auctore mihi non liquet, nihil enim de iis historici illi, quos in hac tanta temporis angustia consului.

Eremite.

Etemitarum Ordinis iam superius inter Augustinianos meminimus, reliqua sunt tamen etiam duo eorum geneta, quorum alii à nescio quo, anno 323. sub Syluestro I. Pont. Pont. institutos se dicunt, vtunturque cinericea veste, comam, barbamque nutrientes: & verè Eremicolæ, in solitudinibus herbis, herbarumque radicibus victitant: alii Paulinià Paulo, quem primum hoc genus vitæ ingressium serunt, dicti, cœperunt in Germania primum, vt magis verisimiliter quidam scribunt, sub Innocentio III. auctore
Eusebio quodam, vt alii, sub Julio primo, hoc est, circa annum 345.

alagu-

re eius

totum

iousq;

atores

riecto,

o tem-

llicus, entum

millia

onnu-

ifices,

inario

rus,vr

oarum

eread

pidns

em il-

iidem

o ge-

,alte-

is,ra-

is vi-

anto

enfes o,aut

quos

ianos

gene-

tro I.

ont

Flagellatores.

Flagellatorum duo sunt genera, quorum alterum hoz dieque durat, præcipue in Italia. & Hispania, cæpit que nupet etiam in Gallia, & constat ex iis, qui certis diebus, præcipue que pridie diei Veneris, quem parasceuen dicimus, personati templa frequentantes, voluntariis vulneribus se afficiant, & terga sua seuticis, virgis que seindunt: alterum corum, qui quotidianis se slagellis conscribillant, qui que Niniuitarum nomine, quò de Niniuitas pænitendo unitari dicerent, cum semel extincti sussent, cum repullulare cæperunt in Gallia, & Germania, donec anno sere 1349. iusta multitudo eorum, hoc est, ad 1300. opptessa est a Carolo IV. Imperatore, & Clemente VI. Pont. post quos tamen etiam ipsos subinde, tanquam è cineribus stamma, emicuerunt.

Foreiferi.

Forciferorum Ordo albatus vnde, & quando cœperit, quarendo adhuc indagare non potui.

Franciscani.

Franciscani auctorem Franciscum Assistatem habent, dictiab eo Minores: circaque annum 1220. ab Honorio III. Pont. comprobari: vtuntur vna tunica natiui velleris, funiculo precinguntur: iiq; qui Observantes dicuntur, carnibus abstinent perinde sere, vt de Dominicanis diximus,

& crudis omnibus vescuntur, calones que seu ligneas soleas pedibus inducunt, cum Conuentuales communibus & cibo, & calceis vtantur. Exorti sunt & minimi, à Francisco Siculo constituti, siue in Sicilia, siue vt tradunt alii, in Gallia, Calixto III. Pont. anno 1454 qui etiam epulis elixis, aut vllo modo coctis non vtantur. exorti Capucini, Pauperes, Reformati, Collactanei, Amadeani, Clarani, de quibus (cum eandem D. Francisci Regulam in summa seruent, licet in partibus alii ab aliis differant) non est huius breuitatis sigillatim pluribus disserve.

Fraterculi,

um,

Augu

ma (

alba, 8

10 8c

9009;

aelcio

metor

nnoc

nic

Fraterculorum Ordinis, in quem omnis sexus, & xtas recipiebatur, originem dicere nihil attinet, cum exconulli hodie supersint, toto eo hominum genere deleto à Clemente V. qui Roma in Galliam secessit.

S. Georgii.

S. Georgii prope astuaria Venetiarum Ordo institutus est ab Laurentio Iustiniano Veneto, Patriarcha Venetorum: intimis vestibus lineum indusium superinduit, cum cucullione atri coloris. extra monasteriu atri coloris chlamydem adsumit, cum galero concolore. est & alius candidus plane: est & tertius cœruleus.

S. Gertrudis.

S. Gertrudis mornales vtuntur vestitu atro, & carbaso concolore.

Gerundini.

Gerundinorum Ordo ab Episcopo Gerundo excogitatus est, & vestitu candido donatus: in pectorali imagines gerit Episcopi, tan quam tesseram aliquam, tænias quaternas, quarum duæ virides, totidem q; rubræ sunt.

Grandimontenses.

Grandimontenses sic à monte dicti sunt, in quo in Aquitania à Stephano quoda Aruerno instituti sunt, Vrbano II.

ECCLESIASTICI. relytalii, Alexandro II. Pontific. anno 1016. vtuntur atro foleas veltiu ciliciumque cuti admotum geltant, fine manicis, 8 & ciquodepilis equinis nigris item contortum est, ita duriter, neisco ntutem scindat, & corpus pellime afficiat. n Galis, aut Gregoriani. iperes, Gregorianus Ordo à Gregorio Magno Pont. Maximo quibus altutus anno 195. veltitum gerit ceruinum, fiue Betici it, licet oloris, cui ad pectus crux rubea intexitur, & alit bararis li-

Gulielmira.

& ætas

onulli

Cle-

itutus

neto-

chla-

andi-

rbalo

gita-

gines

ater-

qui-

oll.

vel,

Gulielmitarum Ordo, pertinens alioqui ad Eremitas Augultinianos, auctorem habet Gulielmum Burgundiæ Ducem, qui cum liberos non haberet, ingentes in eum limitus faciebat, inducebat q; atricolore vestitu. hunc mox colapsum erexit Ioannes Bonus Mantuanus, & rursus alii Alexandro III. & Alexandro IV. Pontificibus, hoc est anno 1161. & anno 1156.

S. Helena.

S.Helenæ Ordo institutus est post inuentionem Dominica Crucis, ab inuentrice eius Helena, Constantini Ma-simatre sub Syluestro I. Pont.anno 335. donatus q; veste aba, & inea cruce crocei coloris.

Hieronymiani.

Hieronymiani, si ipsis credimus, à magno illo Hieronymo & nomen & or ginem habent, qui circa Bethleem ipse quoq; monastice vizit, sin aliis, orti sunt prope Fesulas à nescio quo Carolo Florentino, siue (nam hoc quoq; interactores non constat) à quodam Rhedone instituti sub lanocentio VII. idest, anno 1405, viuntur pallio super tunicam rugato, atq; superiore parte à summo adimum

foleisque ligneis pedes muniunt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ORDINES

Hospitiorum.

Hospitiorum heri ab Iginio Pontifice initium habent; qui primus certis caremontis hospitia hincinde, sue agris, siue peregrims, siue deniq; vtrisq; extructa, dedicari voluit, præsecto cuique vno, qui eius herus diceretur, & habitu nigro amiciretur.

Humiliati.

Anno 1189. exsulibus Gallis Cisalpinis, & præcipuè Mediolanensibus, seu 1190. ve ab Imperatore Federico, cui cognomentum Barbarossa, sabellicus sult, ve Volis: ab eodemque siue Federico, siue Henrico patria sua pullater. lib. 21. multis beneficiis affectus est, & tandemab Innocentio III. sub Benedicito comprobatus anno 1200. Vittur candidis vestibus, etiamo, VIII. Pent. seminæipsæ (neque enimab hoc vitæ genere excluduntur) lana ac tela victum quæritant, nihilo segnius inter ipsa opera cum viris, pariter labori alicui intentis manu, precipous vacantes.

Jesuita.

Icíuitæ, siue Societatis Icíu Theologi sub Paulo III. Pontifice cœperunt, auctore Egnacio Aiola Cantabro, qui cum homo militaris sub Imperatore Garolo V. multa stipendia fecisset, tandem pertæsus eius vitæ, siue quòdali Imperatori militandum potius existimaret, qui, quamus potentissimum Carolum, potentia tamen superaret, hanc sodalitatem instituit, anno ferè 1137 à quo tempore ita illa prodigiosè crescere cœpit, vt totum nune terrarum orbem prope repleuerit: non contenta Italiæ, Galliæ, Belgicæ, Germaniæ, Hispaniarum e; terminis, sed stupendis naugationibus ad Indos ipsis quo e; Indis ignotos penetrans, vbi alienas à side nostra gentes, & relligionibus Dæmo-

num mancipatos, Euangelii luce illustrate

gefnato-

pal

Eft

hal

2000

7esuati.

abent:

agus,

voluit,

ntu mi-

cere ex

arolla,

na pul-

placato

tio III.

tiamq; ludun-

rer ipla preci-

L.Pon-

5 qui

lta ili-

iodalii

uamuis

, hanc

ita illa

ordem

elgica,

rauiga-

ins, voi

Fesuato-

no-

lessatorum siue Iniesuatorum sodalitas cœpit sub Vrbano V Pont. anno 1368. Senis: hi quoq; victum, vt Humiliati, labore & opera sua quærentes, domesticatim q; collecti, acceperunt ab codem Vrbano albam tunicam, & pileum quadratum. dicti autem sunt Iesuati, siue Iniesuati, quod nomen Iesu crebro in ore haberent.

Indi

Indorum Ordo institutus suit anno 1506. sub Iulio II. Pont & Maximiliano I. Imp. est q; extra atricolor, interior abbatus, vtpote Carmelitarum propago.

D. Josephi.

losephi Ordo vtitur vestitu cinereo, & cucullione candido. sed quando cœperit non magis habeo dicere, quana quo auctore cœperit.

D. Lazari.

Lazari seu S. Magdalenæ Ordo quo anno, & institutore copetit, vt ignoro, ita illud palam est, duo in genera eum diuidi, quorum alii vocentur contemplatiui, incedant que interius atri, exterius candidi, & vtantur communi cibo: alii actiui, Betico colore gaudentes: & solis bulbis, oleribus, aliis q; terrestribus & inemtis victitantes.

S. Marie.

S. Mariæ Monachi, qui & serui dicti, auctore Philippo quodam Florentino, cœperunt anno 1285. sub Martino sminus enim rectè quidam Henricum IV. ponunt) II dicto IV. hi nigræ tunicæ ac succinctæ nigrum supermiciunt pallium circa humeros in rugas complicatum, scapulari amichu ab humeris reiecto, & communi more calceantur. Est & alius Ordo S. Mariæ eorum, qui Montoliretani vocantur, quos instituit Bernardus Tolona Senensis, cui se socios multi nobiles adiunxerunt; iique toti candidi sunt habitu.

BIBLIOTHEK PADERBORN

ORDINES

Montolinetenses.

Montoliuetenses Senenses primum coperunt anno 1407. Principe Bernardo Ptolemæo, in colle Senensi vrbi proximo, quem ex Hierosolymitani illius Dominicis vestigiis frequentati nomine appellarunt, candidis sumtis vestibus. Gregorio XII. probante. fuerunt & alii eiusdem nominis multo ante hos, sed quos Bonifacius V III. Pontificirca annum 1295. vel 1300. stirpitus deleri curaritinstitutore eorum Viterbi è medio sublato, qui solo linteamine tectus, sine tibialibus, sine pileo incedebat.

Nullani.

quo

tur

hor

&a

Nullanorum Ordo pullo viitur amicu, & atro item scapulari. incertum quando, & per quem institutus.

Panitentes

An. 1212. Pænitentes fæminæ exortæ sunt eodem serè eum S. Claræ familia tempore, normæ quoq; & vitæ prope eiusdem, nisi quòd in Pænitentium, seu resipiscentium monasteria integræ à viris non recipiuntur.

Pramonstratenses.

Præmonstratenses auctorem habent Northbertum quendam Lotharingum, cæperuntque, vt Polydoro placet, sub Calixto II. vt Volaterrano aliisque sub Gelasio III. Pont. amiciuntur tunica alba, cum lineatoga sub candido pallio.

Purgatoriales.

Purgatorialium Ordo non ita vetus fertur, sed nuper adeò exortus, gestat q; in pectorali crucem rubeam.

Ouietini.

An. 1523. Quietinorum Ordo Clemente VII. Pont. & Carolo V. Imperat. copit, auctore Quieto Episcopo Neapolitano, ex familia Caraffarum: qui postea Pontif. factus, Pauli IV.

ECCLESIASTICI.

nomen accepit. vouet solita iam à Basilio vsque monachis vota obedientiæ, castitatis, & paupertatis: vtiturque pileolo rotundo, & pallio episcopali, factaque est eusinstitutio prima Neapoli, secunda Romæ, tertia Venenis.

S. Saluatoris.

t anno

asivrbi

s vesti-

nomi-

if.circa

tutore

tectus,

em fca-

cum S.

pe eiul-

mona-

ertum

ro pla-

GoIIL

andido

nuper

Carolo ditano,

uliIV.

nomen

S. Saluatoris ordo, qui & Quiopetinorum, seu Escopetinorum, cœpit auctoribus Stephano & Iacobo germanis fratribus Senensibus, probante eum Gregorio XI. Pont. licet eos alii exortos velint anno MCCCLXVII. Pontil. Vrbano V. alii etiam anno MCCCX. sub Ioanne XXIII. Pontif. auctore quodam Francisco Bononiensi, contra quosvide, & lege quæ scribant Sabellicus, & Volaterranus historici.

Sclauoniani.

Sclauonianotum ordo rubeo vritur vestitu, neque quid de eo præterea pro comperto dicam, habeo, non magis quam, de Scotorum ordine, de quo hactenus scio, pullatum eum fuisse.

Sepulchrales.

Sepulchralium ordo institutus est, quo tempore Hietosolymarecuperata funt.

Seruita.

Servorum ordo, sine Servientium, ad cuius exemplum aker quoque Servorum ordo institutus suit. cœpit Honoio III. Pont. anno sere MCCXVIII. Vtitur tunicis nigris, & albachlamyde.

S. Sophia.

S. Sophiæ, sine Gratiæ ordo albatus, magna cruce rubea signat pectus, cetera quæ ad eum pertinent, historicis, quibus vsus ego, indicta sunt.

Specularii.

Speculariorum ordo, sicà speculo, quod gestare selen-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ne habet, dictus, interiore vestitu ater est, exteriore candidus, cruce item, sed nigra, pectus muniens. quo tempore & à quo inventus incertum.

S Spiritus.

S. Spiritus societas instituta est prope Venetias à Gabriele de Spoleto anno MCCCCVII. incedit que habitutegularium Canonicorum.

Stellati.

quit

flittu

decu

facie

Ig

dicti

dam

funt

1308

faire

geffe

nuai

Prin

lega

gere

proj

hab

Stellatorum ordinis alii togati, alii cucullionetectiincedunt, vtrique tamen atrati, cum cruce stellata ante pecus.

S. Trinitatis.

S. Trinitatis, seu de Redemptione ordo institutus est, vt quidam volunt, in Hispania à sohanne quodamanno mexcent estait, & in ils Polydorus Virgilius, & Volaterranus, sub Innocentio III Pontifice ann. mexcent à Ioanane Matta & Felice Anachoreta, accepto ab eodem Innocentio Pont. vestitu candido cruce rubea patiter, & cœrus Iea insigni: cum mandato, vt stipes vndique emendicatent, quibus captiui Christiani à Turcis, Mauris, cæterisquinsidelibus redimerentur, dictique etiam indemonachi de redemptione.

Vallis Tofaphat.

Vallis Iosaphat ordo à moniali quadam incertum quando constitutus, vittur veste rubea, nisi quod cucul-honem Benedictino similimum gerit, hic iudices costituiti n caussis matrimonialibus, ad quos costugere solentilles, quas pudicitiæ ipsarum expugnatores vxores ducere recusant.

Vallisumbrenses.

Vallis ymbrofæ ordo, seu, vt malunt, Vallisumbrenfium, vt quidam etiam, vallis Ambrosii, cœpit auctore Gualberto Florentino anno MIX. sub Nicolao II. prope FlorenECCLESTASTICÍ.

candi-

mpore

à Gao

dicure-

ection.

ite pe-

us eft,

anno

later-

Ioan*

Inno-

œru-

dicaerifq;

hide

rtum

icul-

litu-

illæ,

e re-

ren-

tore

ope

1011-

1039

Florentiam.vtitur partim cineracei, partim cœrulei colo-

Wencestaita:

Wencessaitarum, siue Vincessaitarum ordo, quando; aquo initium habuerit, ab historieis in incecto relinamitur, illudque de illis solummodo reperio, albo eos vesumincedere. cucullione fere ad earu formam, qua sunt tegumenta capitis, quibus Francicis mulieribus vei mos est.

Defamilis quibusdam Equitum initiatorum.

Percursis, quam succin etissime sieri potuit, monachoim monacharum que familiis, illud nunc hic restare videur, vt de sacra militia initiatis, quando & hi Ecclesiastitorum ordinum pars sunt, paucis etiam disseramus, quod tenenon vltra quam huius libelsi ratio sert, breuiter sie saciemus:

Equites Sacrati.

Igitur Equites sacrati primi exorti sunt ad defensionent herorum locorum Hierofolymis, circa annum M x c t x dicti hine ab aliis Hierofolymitani: namiphile loannitas à loanne Baptista patrono suo vocar: maluerunt. hi carididam crucem pallio nigro intextam ferunt. appellatiquo lunt mox Rhodii etiam à Rhodo insula, quam anno fere 1308. Turcis eripuerunt, & Clementis V. Pont. permissu miuris fecerunt. hicque perpetuum cum Turca bellum gellerunt varia fortuna, donee anno MDXXIII. menle lanuario (postquam frustra diu restitissent, & Christianos Principes omnes, qui se mutuis bellis atterere malebant, legationibus vt fibi & Reipublica Christiana, cuius res ageretur, subuenirerur, fatigassent) non tam vieti, quam prope consumri, insula Rhodo Turcis cellerunt, translausreliquiis militiæ suæ Melitam, quam pro Rhodo nunc habentistrenue, quo potest, & mari, & terra negocium re-

BIBLIOTHEK PADERBORN

mant

hnor

nostr:

NCLI

crucis

oribu

ligionis, & Reipubl. promouentes, dicuque ab hac quoque insula, Melitensis militiæ equites. quibus Deus dignam sua virtute fortunam si largiri dignabitur, habebit Christiana Respubl. non tantum salutis suæ, hac partedefensores, sed etiam dignitatis vindices.

Templarii.

Post hos nonita diu, hoc est anno Mexxi ix. Pont. Gelasso II. exorti item sunt Hierosolymis Templarii, quibus hoc nomen datum, quodin templi parte habitarent. hique vtcbantur candido pallio, cum rubenti cruce, idque pro more habebant, vt Christianos loca sacra obeuntes & hospitio exciperent, & armati in via ab iniuriis & vilatrocinantium, insideliumque tutarentur. qua disciplina cum diu stetissent, & iam per totam Europam opibus inclyti essent, subito conuicti impietatis, & multorum slagitorum, iussu Clementis V. omnes ad vnum vbique deletisunt: cum ducentis prope annis durassent bonis eorum partim Ioannitis, seu Rhodiis militibus attributis, partim Teutonicis, de quibus iam iam dicam, partim etiam aliis familiis.

Tentonici.

Et Teutonicorum quidem religio eodem fere tempore cœpir, quo Templarii desierunt, hique partim horum, pattim Rhodiorum militum disciplinam imitabantur: quippe cum & hospitio peregrinos exciperent, & repostulante sua cum Rhodiis contra hostes sidei arma coiungerent, disti, vt quidam volunt, sine à Teutono quodam ordinis austore, siue ab eo, quod solis ille Teutonibus, ac ne his quidem omnibus, sed iis tatum, qui indubitata nobilitatis parentibus orti essent, pateret: vtunturque hi pallio albo, intextam crucem atram habente, & nigra subtus tunica: tum demum in Germaniam transgressi, cum Hierosolymas primum, deinde Ptolemaida etiam Syriaciuitatem, quo se amissis Hierosolymis receperant, numerosa bat-

